



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. VI. De Legitimatione illegitimorum facta per privilegium, sive
concessionem Papæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

favor hic prolem legitimandi non conceditur matrimonio postmodum contracto, si spurcia fuerit, & ex damnata de jure copula generata hæc proles, prout Pontif. in *cit. c. Tanta*, expressè statuit.

§. VI.

De Legitimatione illegitimorum facta per privilegium, sive concessionem Papæ.

PER rescriptum Principis supremam potestatem habentis, non tantum naturales filij illegitimi, sed spurij etiam, & ex damnata copula geniti legitimari possunt, & ad omnia jura legitimorum restitui (cum enim defectus legitimorum natalium sit tantum jatis humani, consequenter per voluntatem Principis tolli potest) & quidem à Summo Pontifice, non solum quoad ordines Ecclesiasticos, Dignitates, & Beneficia, sed etiam quoad hæreditatis successionem in bonis temporalibus, & quoad officia sæcularia, non tantum in terris jurisdictioni suæ temporalis subiectis, sed ubique terrarum, dispensando in radice matrimonij, abrogando & revocando legem Canoniam statuentem tale impedimentum dirimens, & retrahendo talem dispensationem in tali casu ad initium matrimonij contracti, in ordine ad damna omnia tollenda, quæ ob illegitimitatem illata fuerunt, legitimari, saltem indirectè quoad effectus civiles, posse illegitimos, *ex c. Per venerabilem 13. h. t.* patet, cum enim indirectè dispensare possit in radice matrimonij, ubique terrarum consequenter taliter potest.

§. VII.

De potestate legitimandi illegitimos, quæ competit sæcularibus Principibus.

POTESTATEM legitimandi ad officium, & actus sæculares esse penes regentem, & alios Principes, qui in temporalibus superiorem non habent, ut *Authen. Quidus modis natura* etc. ut etiam penes inferiores, ut ad certamdam jura fiant illi habiles, prout Episcopi etiam dispensare possunt ad ordines inferiores, & simplicia beneficia, postquam conceditur. Ad talem autem legitimationem à supremo Principe in hoc loco expediendam requiritur primò, ut exprimitur qualitas legitimandi, cum scilicet naturalis ille, vel spurcia sit, utrum sit natus ex adulterio, simplici, vel duplicato; ex incestu, & quali; ex legitimo & c. secundò requiritur, ut talis legitimo talis, vocatis etiam illis, quorum interest, & in quorum præjudicium, ratione portionis legitime minutæ, cedere possit talis legitimatione, vel certè, vivente Patre, qui post legitimationem, mentio fiat in tali portione, filiorum naturalium, & legitimorum.

§. VIII.

De probatione legitimatis Naturalium.

POTEST ac debet, qui assertit se legitimum filium esse, probare hoc modo, si doceat parentes suos contractu publicè in facie Ecclesiæ. Secundò probet, quod communi opinione videretur.